

304. Docet nos sapiens, Proverb. 20. n. 28. Misericordia, & veritas custodiunt Regem. Ex quo sapienter admonet Constantinum imperatorem D. Athanas. in Apol. ad ipsum, ut excluso omni mendacio semper veritatem secum habeat sociam in omni casu, ac consilio suo. Ita rem examina, ait, quasi veritas tibi in consilio adfuerit, Regum, & in primis Christianorum tutela est: cum ea nos regnum administrare tutissimum est, cum dicat Scriptura; Misericordia, & veritas Regis custodia est. Inseparabilis Regum custodia veritas est, quae regnum firmat, & Regem ab omni adverteat custodit.

305. Haec veritate se protegebatur, & muniebatur David ab omni laqueo, machinatione, ac verbo aspero suorum inimicorum; ita enim aiebat Psalm. 90 n. 5, Quoniam ipse liberavi me de laqueo venantium, & a verbo aspero; scapulis suis abumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis, sicut circumdabit te veritas ejus. Non dicit, quod veritas sit veluti galea, vel thorax sed ut scutum, nam illa unam partem corporis custodiunt, ac scutum totum protegit, totiusque corporis armatura est. D. Bernard. ferm. 5. in illum Psalm. Quia undique, ait, commendatus es tentationibus, sicut circumdabit te veritas ejus: ut quemadmodum undique bella, undique sint pericula.

306. Ait ipse David Psalm. 23 n. 9. Tollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales. duo hic portarum genera exprimitur; unarum quae tolli jubentur, aliarum, quae solum dicuntur elevari, Et cur non portae, quae tolluntur, sed tantum quae elevantur, dicuntur portae aeternales? Et elevamini portae aeternales, Unde haec differentia inter has portas? Portae, quae tolli jubentur, erant Principes tenebrarum, per quas intravit error & mendacium, cum quibus necesse erat, ut veniret perditio, ac desolatio; & ideo tales portae tollendae, ac expellendae erant; ac verò portae aeternales quae elevantur, erant per quas veritas est ingressa, quae omnia aeternat, & stare facit. D. Ambros. in Epist. ad Ephes. c. 3. Dicitur ergo his principibus, qui in errore sunt in caelestibus, sive ministris ejus in terra, ut auferant portas Principis sui, id est diaboli, de mensibus suis, per quas multorum Deorum afferendorum error intravit, sunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur, iter enim impiorum peribit, ut autem aeternas portas elevent, hortante justitia admonentur, quia veritas in sempiterna saecula perseverat.

Mendacii portae omnino tollantur, ac excludantur à Principibus; veritatis verò portae permanent, & perseverent, & solum aperiantur ad ingressum Regis veritatis.

Apoc. 3. n. 15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus: Num. 16. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.

VERSIONES.

Varabl. Tygur. Novi opera tua, quia neque frigidus es, neque fervidus, utinam frigidus esses, aut fervidus.

Arab. primò. Utinam esses aqua frigida, aut esses aqua calida, quia tu es sic aqua tepida, & non es aqua calida, & non es aqua frigida.

Arabic. Melius tibi foret fervidum fore, aut frigidum.

D. August. Nec frigidus, nec fervens.

Syrus. n. 16. Evomiturus sum te.

Arias. Futurus sum evomere te.

Tygur. Itaque quoniam tepidus es; nec fervidus, evomam te.

Arabic. Paratus sum evomere te.

EXPOSITIO XI.

307. CICLO opera tua; non scientia approbationis, sed reprobationis potius. Quia neque frigidus es, neque calidus. Variè hæc exponuntur, ut patebit ex dictis quæst. 37. maximè tamen ad textum circumstantiam, videtur per calidum verè bonum; per frigidum manifestè malum denotari; per tepidum, hypocritam, qui cum sit simpliciter malus sibi, & aliis bonus videatur, & Sanctus, hic habet aliquid caloris in specie & apparentia, frigus verò peccati in corde, & in hoc majori ex parte denotatur superbia, & talis deterior est, quam si manifesta peccata esset prolapsus. Dicitur in textu: Dicit, quia dives es, & nullius egēs, & nescis quia pauper, & cæcus es. Et iste tepidus deterior est, quam frigidus; quia simulata sanctitas, duplex est iniquitas, Utinam frigidus esses, aut calidus: hoc dicit, non quia esse frigidum sit optabile, sed quia potius optandum, quam esse tepidum, id est, minus detestandum, minusque malum esset.

Incipiam te evomere ex ore meo, Perseverat in figurato sermone, & fit allusio ad aquam tepidam, quæ hæc vomitum provocat. Quod confirmatur ex versu Arabic. Quia tu es sic aqua tepida; ac proinde hic Episcopus est sicut aqua tepida in stomacho ad vomitum provocans.

Simulata sanctitas duplex iniquitas.

308.

QUESTIO XXXVII.

Quare Dominus optat hunc Episcopum potius frigidum, quam tepidum; & quid utriusque nomine frigidi ac calidi significetur?

309. Dixit Dominus de hoc Episcopo Laodicensi, quod nec frigidus, nec calidus esset, & quod utinam esset potius frigidus, quam tepidus; deò explicandum est, quinam sint calidi, frigidi, ac tepidi: in quo tot sunt capita, quot sententiae; summam principales referam.

310. Primò, Richardus, Beda, Aretas, Ambrosius in Psal. 108. & Salvia. lib. 4. de Provid. per calidum intelligunt Christianum igne bonorum operum ferventem, per frigidum Paganum, aut infidelem sine fidei calore; per tepidum verò, Christianum nomine, non operibus, seu Christianum turpiter in peccato viventem: & ait Deus: Utinam frigidus, aut calidus esses, id est, in fide ardens operibus, aut frigidus ignorantie tenebris, tunc enim ad majorem poenam esses addictus, nam fervens sciens voluntatem Domini sui, & non faciens vapulabit à plagis pluribus. Sic ait Salvia. citat, Non probant quod consentent, & impugnant professionem suam moribus suis; magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat. Et hæc sententia est probabilis placet Menochio, & eum tenuit tom 5. in Evang. lib. 8. c. 5. q. 9. n. 64.

311. Secundò, Victor. censet frigidus esse hereticos calidos, Catholicos tepidos politicos, qui pro suis commodis omnium facies induunt; modò hereticos, modò Catholicos se simulant, sic ait Victor Inquit ad illos neque frigidus, neque fervens esse, id est, neque incredulos, nec fideles: ad omnes omnia sunt. Expnde temporalis animi notam, ad omnes enim omnia sunt, videlicet omnium facies habent & vultum, sive sacrilegi, sive Religiosi, aut pii hominis aut impij: videbis hos cum uno flere, cum altero gaudere, & ideo qui tam varius, & inconstans est, maxime Deo abominabilis est.

312. Tertio Primasius, Ticonius, Andreas Cæsariensis, & D. August. citandus: frigidus sunt, inquit pauperes, qui nihil habent opes, quas pauperibus tribuant; calidi verò, qui habent, & tribuunt; tepidi verò, qui bona habent, & non tribuunt: Hi enim, nec habent frigus pauperum, nec egeni; nec fervorem charitatis, ut divites elemosynarii, sed tanquam tepidi torpescunt maquis contractas habentes, ne divitiis suis utantur. D. Aug. hom. 3. in Apocal. Potest, ait, & divinum, sterilitatem persona accipit, qui habent facultates, & non inde faciunt misericordias. Pauperes non sunt, qui habent facultates divites non sunt, qui ex divitiis non operantur. Et tunc ait ei Dominus: Utinam frigidus esses. Melius erat ei egestatis frigus premi, quam divitiarum habere, & pauperibus non communicare.

313. Quarto, D. Ambros. in Psal. 118. Salvia. lib. 4. de Providentia. D. Bern. ferm. 3. de Ascens. qui insensibilis de intellectu, & affectu; & D. Greg. 3. p. Pastoral. c. 35 Thom. Angl. & Origenes hom. 1. in Psal. 8. interpretantur de eo, qui ex sola fide aut scientia sua sperat salutem, & non

consummat ea, quæ bene inchoavit. Nam calidus qui bene incepit, & rectè perfecit; frigidus, qui nec inchoavit, nec consummavit; tepidus verò, qui incepit, & non perfecit; nullius erat ei esse frigidum, quam ab incepitis existere, & non perficere. citat. D. Greg. Qui bene incipiunt, ait, nec ea perficiunt, debent perire, quod tolerabilius potius esset, semitam rectam illam non arripere, quam arreptam post tergum redire.

314. Quintò, Haymo, Ansbert. D. Laur. Justin. de interiori conflictu c. 6. per frigidus, intelligunt sæculares, per calidos probos Religiosos; per tepidos autem interpretantur Monachos qui habitum quidem habent, sed animum & sæculares mores retinent, & talis tepidus deterior est sæculari. D. Laurent. citat. Relaxavit oris sui custodiam, morum deseruit gravitatem, mentem incultam perniciosa otiositate relinquunt, virtutum habitus, & perfectionis culmen obinere se posse distulit: sat esse arbitrantur, si perseverent in claustris, si delicta priora non repetant, si aliena non rapiant, si in aperto opere moraliter non delinquant. Quamobrem orationem negligunt, abhorrent pugnam, fugiunt sanctitatem; invidum in prioribus acerbiores sunt. De talibus Dominus in Apocalypsi loquitur dicens: utinam esses frigidus, aut calidus.

315. Sextò, Joachimus: calidus est, qui lætus, & alacer gaudet in Domino per misericordiam ejus, frigidus verò, qui trilitatur in se peccatis; tepidus verò, qui nec utilis est per poenitentiam, nec lætus ad obsequium Dei. Sic & D. Bernard. ferm. 3. de Assumpt. B. Mariæ. calidi, ait, sunt, qui, charitate fervent ad opera bona: frigidus sunt fragiles, & peccatores, sed tristes, & humiles, & poenitentes. Sive calidi sunt quos amor Dei excitat, & movet; frigidus, quos timor poenarum à peccatis coërceat; tepidi verò, qui neutrum horum habent, qui nec amant, nec timent Deum; calidum amor Dei facit ferventem, frigidum timor poenarum continet in officio, ad utrumque oborpefcit tepidus, inde pejor est.

316. Septimò, graves recentiores, ut Menoch & alij inquit, quod frigidus dicitur, qui Spiritus sancti gratia & illuminatione plane destitutus est, fervidus, qui spiritu fervet, sicut ait Paul. Rom. 12. n. 11. Spiritu ferventes. Tepidus autem dicitur, qui Spiritus sancti quidem gratiam habet, sed rerum sæcularium cura, & studio illam sinit emori, & extingui. Unde Apost. ait 1. Thess. 5. n. 19. Spiritum nolite extinguere. Hic enim sæcularium rerum cura extinguitur.

317. Octavò, Ferrar. hæc dicta vult Ecclesiis, ideo subditur in his Epistolis, Qui habet aures audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, & tunc ipse existimat, frigidum illam significare frigore persecutionum contritam, atque confractam, calidum verò significare eandem Ecclesiam à persecutionibus tyrannorum liberam, charitate dilatam, & in aperto divino cultu, ac in actione bonorum operum ferventem, tepidum verò significare eandem delictam sibi placentem; desiderem, parum divina, & quæ virtutis sunt curantem. Quod latius ipse prosequitur. Hæc tamen sententia multam vim infert textui. Deinde in unaquaque ex aliis Epistolis personas Episcoporum, in se ipsa, ad quem Epistola destinatur, admonetur, sic etiam hic agitur cum Episcopo Laodi

Melius est non incipere, quam incipere non perficere.

314. Haymo, Ansbert.

Malus Religiosus sæculari deterior. D. Laur. Just.

315. Joach.

D. Bernard.

Tepidus sine timore, ac amore agit.

316.

317. Ferrar.

Hæc ad Ecclesias interpretatur dicitur.

Laodicee si illud verum quod additur in unaqua...

318. A bere Superbus sua elatione peior est frigidus peccatore.

D. August.

319. Genuina expositio.

Hypocritis que visum malum super omnia.

Rupert.

D. Greg. Pannon.

320.

Thom. Ang.

Cassian.

quem vidimus de frigidis, atque carnalibus id est...

Tepidus, & languidus...

321.

Act. 9. Frigidus lucifer, languidus perit.

D. Chryl.

322.

Psal. 50. Chald. Patr. Grac.

Chald.

Patr. Grac.

Timetur adnum languia do exhibetur

QUESTIO XXXVIII.

Quare non frigidus, sed tepidus minatur Deus, quod ipsum dabit in vomitum?

323.

Ribeira.

Cur tepida sint ad vomitum.

324. Tepidi sunt in multa abominatio- ne erga Dominum.

Cassian.

325. Alcazar.

326.

At Dominus, quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo...

Communis ergo Patrum ac Doctorum sententia est, quod hic Domini vomitus ponitur...

Circa hunc vomitum explicandum audientus est Alcazar, sic ait, Primo assero vomitus...

In hoc domini vomitu quatuor mihi occurrunt explicanda. Primo, summa domini pietas...

per vomitum ex stomacho rejicit, iterum in illum recipiat...

Mirabilis Dei pietas in peccatoribus recipiendi.

Richard a S. Laurent.

Dei patientia malos vomitum resumat per misericordiam...

327.

Deus scilicet procedit ad puniendum, & se repellit hominem.

328.

Excommunicatio non est ad vindictam, sed ad emendationem.

D. Bernard

Alb. Magus

329.

Pralati cum dolore excommunicati, & puniunt.

330.

Secundo, maxime expendenda est metaphora verbi vomitus, quo Dominus in hac comminatione utitur...

Tertio, vomitus fit ratione medicinae aliquando, comminatur ergo Dominus huic Pralati...

Qui inde etiam aliam rationem hujus metaphore colligit, quia cum stomachus ex nausea ad vomitum provocatur...

Quarto, haec comminatio, Incipiam te vomere in eo cardine vertitur, ut talem se dominus homini exhibeat...